

spernendū. o documentū nulla obliuione delendū: sed poti⁹
 cū sūmo studio/sūma cura et sollicitudine: p̄viribus adim-
 plendū. Docet enī hominē ad puritatē innocētie reformari
 p̄ exercitiū bonorū operū: et circūspectā puidētā nouissimo
 rū. Ad hoc etiā hortat̄ pastor ecclie petrus. scde petri. 1. Fra-
 tres magis ac magis satagite: ut p̄ bona opa certā vrām vo-
 cationē et electionē faciatis. hęc enī facientes: nō peccabitis
 aliqñ. A it ergo sapiens. In oībus operibus tuis meōrare nō
 uisima tua: et in eternū nō peccabis.

¶ Incipit tractatus in quo docet qd
 Copandū: et p̄tinet parāgphos. iiii.

AD excludendū igit̄ negligentā/q̄ mater est omniū vi-
 tiorū: debem⁹ nos utiliter occupare in exercitio virtu-
 osorū operū. Et circa hoc p̄sideranda sunt tria/videli-
 cet/quid/quare/et q̄liter sit operandū: ut vnusquisq̄ diligēter
 p̄sideret genus et spēm sue operatiōis. scdo fructū et finē sue
 intentionis. tertio modū et ordinē sue executionis. In p̄mis
 itaq̄ p̄sideranda sunt opera q̄ facere debemus. sicut inquirūt
 iudei a dño Ioh. vi. dicentes. Quid faciemus ut opemur bo-
 na opera dei? quibus ille respōdit. Hoc est opus dei ut creda-
 tis. Hoc est primū principiū operandi /et fundamentū p̄ma-
 riū oīs boni/videlicet fides: super quouideat vnusquisq̄ quō
 et q̄ superedificet. Debemus aut̄ operari opa p̄nie: p̄ctōrū flagi-
 tia expiādo. Opa miē: p̄xiōrū miseras releuādo. Opa sapie-
 celestia contempnādo. Opera perfecte iustitie: diuina cōsilia
 adimplendo. ¶ Parāgraphus p̄mos ¶ Prima opa n̄ra debēt
 esse opera p̄nie. q̄a nō est hō qui nō peccet. sicut dicit̄. iiii. reg.
 viii. capi. et p̄me iōnis. 1. Si dixerimus q̄a p̄ctm̄ nō habem⁹
 nos ipsos seducimus/et ueritas in nobis nō est. Iob quoq̄ dicit̄
 Quis pōt dicere mundū est cor meū? purus sū a p̄cto? Ideo
 necesse habem⁹ agere penitentiā. A it enim bt̄us iohes bapti-
 sta luce. iiii. Genimina viperarū q̄s oñdet uobis fugere a ven-
 tura ira? R̄ndet aut̄: facite ergo dignos fruct⁹ p̄nie. signāter
 dicit dignos fructus penitētie. Neq̄ enī par d̄ esse p̄nia ei⁹
 q̄ multū peccauit. et eius q̄ pauciora p̄ctā cōmisit/uel ei⁹ qui
 ḡuiora/et eius q̄ min⁹ ḡuia p̄p̄tuit. Itē saluator ait luc. xiiii
 a. iiii.

Prima pars.

Nisi penitentiā egeritis: om̄s s̄l̄r pibitis. Et eccl̄a. ii. Nisi penitentiā egerimus: incidem⁹ in manus dei/et nō in man⁹ hominū. Exhortās aut̄ dñs ad penitentiā dicebat. penitentiā ei agite: appropinq̄bit enī regnū celoz. Itē apoc. ii. Memento vñ excideris/et age penitentiā: et p̄ma opa fac. Aduerte q̄ sicut pius p̄r filiū ptumacē corrip̄s: aliq̄n̄ on̄dit ei mala q̄ fecit: ut erubescat. bona q̄ pdidit: ut doleat. mala q̄ meruit: ut timeat. et sic p̄ diuersas vias ipsū reuocare laborat. Sic dñs pius diuersis modis utit̄ ut peccatōrē ad p̄niam salutarē reuocet. Nā aliq̄n̄ obiicit ei grauitatē et vilitatē flagicii qd̄ comisit. sicut dicit̄ hie. ii. Vide vias tuas in p̄ualle: scito qd̄ feceris. Aliq̄n̄ uero/ reducit ei ad meōriā vilitatē status in quem incidit. sicut dixit ad ege. iii. Ad dāvbi es? Et hie. iii. Leua indirectū oculos tuos: et vide ubi nunc p̄strata sis. Aliq̄n̄ p̄ponit ei penā quā meruit. sicut p̄z in uerbis beati Ioh̄. et dñi sup̄ius anotatis. Et gene. iiii. dicit dñs ad cain. quid fecisti? Ecce uox sanguinis fratris tui abel clamat ad me de tra. petens videlicet ultionē. Nōnunq̄ etiā ad mentē eius reuocat honorē et bona q̄ per pctm̄ amisit/ uel dignitatē status a quo decidit. sicut hic. Memento vnde excideris: quasi diceret. memento quia statū innocentie pdidisti/ et a dignitate gr̄e corruisti. et ideo age penitentiā: ut et pdita recuperare et ad p̄stinā dignitatē resurgere/ et debitas penas euadere/ et ad p̄missa premia valeas puenire. Sequit̄ et prima opera fac. p̄ma inq̄/ id est precipua. uel p̄ma q̄ anteq̄ peccatū cōmitteres facere debuisti. Exēpla penitentie habemus in petro et paulo/ qui sunt precipui fundatores eccl̄ie. In magdalena euangelica peccatrice. In dauid ⁊ ezechia regib⁹. In niniuitis etiā de q̄bus dicit̄ Ione. iii. Vidit deus opa eorū quia p̄uersi sūt devia sua mala: et misertus est deus sup̄ maliciā quā locut⁹ est ut faceret eis/ et non fecit. Nota ergo q̄ p̄ penitentiā macula peccati diluit̄. reatus absoluit̄. offensa diuina remittit̄. recōsiliat̄ deo. restituit̄ eccl̄ie. de filio diaboli: filius dei efficitur. paradus ap̄it̄. Hec est q̄ impiū iustificat. āgelos letificat. amissa bona recuperat. Vñ ber. ait. O felix penitentium hūilitas. O btā spes p̄fitentiū: q̄ facile vincis inuincibilē: q̄ci

¶ Prima pars.

to tremebundū iudicē p̄uertis in piissimū p̄rem. ¶ Para. ii
 ¶ Sed debem⁹ agere opa caritatis et mie. sicut pulchre doce-
 mur luce. x. Cū ei quidā legisdoctor inquisisset a dño: ma-
 gister quid faciēdo vitā eternā possidebo? R̄ndit in lege qd
 scriptū est: quō legis? qui ait. Diliges dñm deuz tuū ex toto
 corde tuo zc. et pxim tuū sicut teip̄sū. Et ait illi dñs: hoc fac
 et viues. Ille rur̄sū q̄siuit. Et quis est meus pximus? Cui respō-
 dens dñs: p̄posuit parabolā de misero/qui incidens in latro-
 nes: spoliatus: atrociter verberatus: et seminiuus relict⁹: a sa-
 cerdote p̄pus: et postmodū a leuita trāseuntibus nō est adiu-
 tus: tandē a samaritano viscerosa pietate p̄motus vulneribus
 illius vinū et oleū infundēte: et ea dulciter alligāte: imposi-
 tus est in iumēto/ et inductus in stabulū: studiose stabulario
 cōmendatus. His p̄positis interrogauit dñs. Quis horū tibi
 videt̄ pximus fuisse illi qui incidit in latrones? At ille r̄ndit
 Qui fecit miām in illū. Et ait illi iesus. vade et tu fac simile
 Ecce ad q̄stionē p̄mā. quid faciēdo vitam eternā possidebo.
 Premissū est documentū de dilectione dei et pxī/ et ordine
 subsequēti subiunctū hortamentū de opibus mie faciendis.
 Nā de fonte caritatis debēt p̄cedere riuuli pietatis/ alias nul-
 lius essent meriti uel virtutis. sicut ait ap̄ls. i. cor. xiii. capi.
 Si distribuero in cibos pauperū omēs facultates meas/ et si
 tradidero corpus meū ita ut ardeā: caritatē aut̄ nō habeam
 nihil mihi p̄dest. p̄pter quod bene iunxit ap̄ls illa duo: dicēs
 ad hebreos. xiii. Caritas fraternitatis maneat in vobis/ et ho-
 spitalitatem nolite obliuisci. per hanc enim placuerūt quidā
 angelis hospitio receptis. Moueat ergo dilectio dei et com-
 passio miserie proximi ad exhibendū opera pietatis: secun-
 dum exigentiā necessitatis. hec autem opera sunt nudū vesti-
 re. esurientē reficere. sitientem potare. infirmū visitare. pere-
 grinū in domū recipere. captiuū redimere. mortuū sepelire.
 et multa talia. secundū q̄ innumerabilia sūt incōmoda pau-
 perū et miserabiliū p̄sonarū. Ad hec opa pietatis tenet̄ qui
 libet/ saltē cōpassiōis affectu. Vñ. i. thy. vi. dicit ap̄ls diuiti-
 bus hui⁹ scli p̄cipe nō sublime sapere/ nec sp̄are in incerto diui-
 tiarū: s; i deo viuo zc. bñ agē. diuites fieri i opib⁹ bōis. facile

Prima pars

tribuere/ cōicare/ thesaurizare sibi fundamentū bonū in futurū: ut apprehendāt uerā vitā. De mīa latius inuenies in speculo dñarū/ et in libro de informatione p̄ncipiū. Tertio debemus agere opera sapiētie: loquēdo de uera et salutarī sapiētia q̄ dicit a sapore. Consistit hec sapiētia nō tm̄ in speculatiōe ueritatis: sed potius inquādā degustatiōe sapida bonitatis: et etiā in operatiōe feruida sanctitatis. Est autē speculatio in cogitando/ studendo/ audiendo/ legēdo: ea q̄ ad honorē/ laudē/ et gl̄iam dei p̄tinent: aīe q̄ salutē. Degustatio autē nō in plena fruitione p̄sistit: sicut erit in patria: sed in quadā p̄libatiōe ac tenui saporatiōe diuine dulcedinis: put pōt / uel modicū attingere hūana fragilitas: p̄ modulo suo et p̄ statu miserie p̄ntis/ qua pegrinamur a dño/ et detinemur exules in h̄ mūdo. Hec degustatio q̄tūcūq̄ sit modica: excedit om̄s delicias huius mūdi et omnē delectationē q̄ in creatura quacūq̄ ualeat inueniri. Facit etiā oīa carnalia despici/ om̄ia terrena seu tp̄alia vilipendi. ac sicut ait expertus ap̄ls: uelud stercore reputari. facit nihilominus sp̄alia diligere/ tota mente: totisq̄ p̄ cordis celestia p̄cupisci. nec sufficit subtilis speculatio intellectus. et degustatio affectus/ nisi sequat̄ p̄fecte opatiōis effectus. Sz qui p̄spexerit in lege p̄fecte libertatis/ et p̄māserit in ea: nō auditor obliuiosus factus: sed factor opis: hic beatus in facto suo erit. Iacobi p̄mo. De hac sapiētia dicit sapi. viii. Intrans in domū meā p̄quiescā cū illa. f. sapiētia. Nō enī h̄z amaritudinē p̄uersatio illius/ nec tediū p̄uctus illius: sed letitiā et gaudiū. Sequit̄ in amicitia illius delectatio bona/ et in operibus illius honestas sine defectōe. Rursus eccl̄. xxiiii. Sapiēs introducit sapiētiā sic loquent̄. Trāsite ad me omnes qui p̄cupiscitis me: et a generatiōibus meis adimplemini. Sp̄s ei me⁹ sup mel dulcis/ ⁊ hereditas mea sup mel ⁊ fauū. Qui edunt me: adhuc esuriēt. et q̄ bibūt me: adhuc sitiēt qui audit me: non confundetur. et qui operantur in me: non peccabunt. et qui elucidant me: vitam eternam habebunt. Si p̄missa uerba quis seriose uellet exponere: paucis uerbis nō posset ad eorū indagmē puenire. De sapientia inuenies multa in libro de informatione p̄ncipiū. Nūc autē sufficiat opera sapientie sub breuitate tangere. quia hoc est q̄ a p̄ncipio p̄

posuimus / et pmissimus declarare. Sunt autē opera sapientie: doctrinā ueritatis diligenter audire. exhortatōnes utiles ardentē accipere. correptiōes libenter et utiliter sustinere. audita meōriter retinere. meōrie cōmendata operibus exercere vigilāter studere. libros sacros studiose perlegere. nō studio trāscurrere: sed frequenter in meōria ruminare. in studio nō uerba: sed sensū et fructū regere. falsitates abiicere. uanitates p̄temnere. curiositates vitare. ueritatē inquirere. in dubiis peritos p̄sulare. p̄sulta discutere. dei uoluntatē et mādata p̄quirere. meditatiōes sacras amare. audita / lecta / seu etiā recōgitata: meōrando digerere. nihil p̄ surreptionē agere. nihil temere iudicare. uerba cū debita maturitate p̄ferre. uita suā et mores seriofius ordinare. subiectos p̄e et iuste regere errata corrigere / errantes reducere / peccantes arguere / penitentibus indulgere / defectus aliorum non culpabiles supportare / hesitantibus cōsulare / desolatis solatiū exhibere. Quis sic fecerit hic beatus in facto suo erit. Bene ergo dicit sapientia. Qui operant̄ in me nō peccabūt. ecclā. xxiiii. ¶ Parag. quartus. ¶ Quarto debemus habere opa p̄fecte iustitie. nō enī sufficit bene se habere in p̄speris / nisi strennue ac fortiter se habeat in aduersis. nec in trāquillitate bñ agere / et in tentatione succūbere / uel in tribulatione deficere. Nā p̄ increpationē dixit dñs de quibusdā. qui cū gaudio suscipiūt semen bonū. i. uerbū dei: sed orta p̄secutione p̄pter uerbū / deficiūt. Hii radices nō hñt. quia ad t̄ps credūt / et in t̄pe tentationis recedūt. luce. viii. Om̄s enī qui pie uolūt uiuere / in christo iesu p̄secutionē patiunt̄. ut ait ap̄ls. ii. ad thimo. iii. Ideo necessariū est nobis agere sicut faciebant illi qui de captiuitate reuersi / in angustia t̄pis in hostiū suorū medio reedificabāt hierusalē. de q̄bus d̄r: q̄ vna manu faciebāt opus et altera tenebant gladiū. Neemie. iiii. Sane patientes esse debem⁹. q̄a patientiā reddit hoīem p̄fectū in statu gr̄e. sicut dicit̄ Ia. i. Om̄e gaudiū existimate fr̄es cū in t̄tatiōes varias incideritis. scientes q̄a tribulatio patientiā opaf. patientiā autē opus p̄fectū h̄z. ut sitis p̄fecti et integri in nullo deficientes. Itē cumulat p̄miū in statu gr̄e. sicut ait ap̄ls. ii. cor. iiii. id qd̄ in p̄nti ē momen

Pars p̄ma.

taneū ⁊ leue tribulatōis nostre: sup̄modū eterne gl̄ie pond⁹
opaf̄ in nobis. Ecce aduerte qa qd̄ leuissimū est in passione
maximū est in remuneratōe. Et qd̄ breuissimū est / imo mo-
mentaneū in tempe: fit eternū in duratione.

Sermo secūdus.

Dostq̄ declarauimus genus et speciē nostre opationis:
nūc videamus fructū et finē nostre intentōis. Sciendū
est autē qd̄ ppter q̄ttuor specialr̄ ad opandū moueri debem⁹
vicz ppter picula deuitanda. ppter merita cumulāda. ppter
delectationē internā. et ppter retributionē eternā. ¶ **P**ara
p̄mus. ¶ **P**rimo quidē opari debemus ppter picula p̄caſſen-
da. Cū enī cor hoīs ocioſū esse non possit sed necessario cir-
ca aliqd̄ occupet̄. sicut docet ansel. li. de ſilitu. cor hoīs cōpā-
rans molēdino cuius rota voluit̄ incessant̄. si enī nō fuerit i-
tentū circa aliqd̄ opus bonū: vndiq̄ patet aditus vitioꝝ. Sa-
ne nō intentū circa vnū qd̄ est necessariū / nec sacris opibus
occupatū: euagat̄ circa plura minus vtilia et cito defluit ad
nocua. Et hoc p̄tingit interdū ex hostis instigatione. uel ex
carnis corruptōe. uel ex ip̄ius cordis euagatōe. Ex hostis in-
stigatione p̄tingit ut plurimū: qa cū ille magnus paterfamilias
oī hora. i. mane. hora tertia. sexta. nona. vndecima: mittat
oparios in vineā suā. sicut scriptū ē math. xx. Quos diabo-
lus in vinea nō opantes inuenit: ad opa sua mittit. ppter qd̄
ait hierony. Semp aliqd̄ boni facito ne te diabolus inueniat
ocioſū. Ex carnis vero corruptōe mēs hoīs a sp̄ualibus et di-
uinis retrahit̄. et in carnalibus emollit̄: nisi sacris opibus oc-
cupeſ. Propt̄ qd̄ sapiēs a carnis fuitute volēs abstrahi et ad
lib̄tatē sp̄s eleuari ait eccl̄. 33. Cibaria ꝓccarie sustētatōis / ⁊
ꝓca castigatōis / et on⁹ opatōis asino. i. corpi panis ne defici-
at. disciplina ne lasciuiat. op⁹ vt p̄ficiat suo. i. corpi. tā asini
q̄ serui noīb⁹ carnē significauit. q̄ dure sustētāda ē. rigide re-
frenāda. et in sacris opib⁹ occupāda. Seq̄. Iugū et lore cur-
uāt collū durꝝ. seruū inclināt opatōes assidue. suo maluo-
lo torturat̄ cōpedes. mitte illū in opatōz uevacet. Multā ei
maliciā docuit ocioſitas. In ope p̄stitue illū: sic enī p̄decet il-
lū. Attēde q̄ districte macerauerūt carnē suā sci p̄s. Ioh̄.

7
¶ Prima pars.

baptista. bñdictus. anthoni⁹. hierony. et om̄s alii. Paulus de seipso sp̄aliter testat. Castigo (in quies) corpus meū et in seruitutē redigo: ne forte cū aliis p̄dicauerim: ipse reprobus efficiar. i. cor. ix. Diligētē aduerte si paulus vas electiōis / qui tot terras p̄dicādo circumuit: tot an̄ias ad christū p̄uertit: tot et tāta p̄ christo sustinuit. sicut ipsemet testat. i. cor. xv. Ter virgis cesus sū. semel lapidat⁹ sū. ter naufragiū feci. nocte ac die in pfundū maris fui. et iterū in laborib⁹ plurimis. in plagis supramodū. in mortibus frequēter: et multa talia sic enumerabat. Deuiq; raptus est in paradisu / et audiuit archanaverba q̄ nō licet hōi loqui. Si inq; ita est q̄ talis ac tant⁹ castigat corpus suū / et in seruitutē redigit: ne forte reprobo⁹ efficires: quid nos miseri dicturi sumus qui defectib⁹ pleni sumus / qui pctā pctis sine numero cumulamus: et tñ carnē miserā in delitiis pfouemus. Ideo dicit ap̄s gal. vi. Qui xp̄i sunt: carnē suā crucifixerūt / cū vitiis et p̄cupiscētis. Et ro. viii. Si scōm carnē vixeritis: moriemini. Ex mētis vero euagatiōe p̄cedūt pericula. sicut docet sapiens puer. xxi. Desideria occidunt pigrum. noluerūt enī quicq; manus eius operari: tota die cōcupiscit et desiderat. videas hōiem ociosū nūc verbis affluere. nunc rumores inquirere. nūc ludos perquirere. nūc campos nūc flumina. nūc nemora vagādo inaniter circuire. somnū diligere. ciborum delicias / et vinorū varietates concupiscere appetere terrena. spiritualia fastidire. diuersis cogitatiōibus variari. variis affectiōibus transformari. oimodis passionū transmutationibus agitari. Et sic in eoverū est qd̄ dicit Iob. xx. Cogitationes varie succedunt sibi / et mens in diuersa rapitur. ¶ Parag. ii. ¶ Sc̄do operari debemus p̄pter lucra / id ē merita cumulanda siue conquerenda. videmus enī mercatores agricolas et oēs artifices sollicitē operari. p̄pter lucrum et temporales diuitias acquirēdas. Quāto magis debemus totis viribus operari: p̄pter spirituales diuitias p̄merendas. Ideo hortatur apostolus colo. iii. Ambuletis digne deo per oīa placētes in oī ope bono fructificātes: p̄sate verba. Ambuletis inq; i. de bono ī meli⁹ pficiatis. digne deo. i. ut sitis digni deo. p̄ oīa placētes. i. vos placeat deo. et om̄ia opavra

placeant deo: in omni ope bono fructificātes. Notavnaque
 q̄ arbor vnā spēm fructus p̄fert. sicut ait saluator lu. vi. vna
 queq; arbor ex fructu suo cognoscit̄. neq; enī de spinis colli-
 gūt ficus. neq; de rubo vindemiant uvas. Sed arbor spūalis
 omnē fructū bonorū operū ferre debet. Mirabilis esset hoi-
 bus arbor vna que oīa genera fructuū ex se p̄duceret. sed ar-
 bor spūalis non est recte fructifera / nisi ex se p̄ferat fructus
 id est opa oīm virtutū. Sūt nāq; nōnulli qui cōtinent: sed ab
 ope bono torpent. Alii multa bona faciūt: sed non p̄tinēt.
 Et sicut ait gregori. Nec castitas magna est sine bono ope.
 nec opus bonū sine castitate. Alii p̄tinēt: sed non abstinent
 Alii ecōuerso. Alii abstinent quidē et p̄tinēt: sed p̄ supbiaz
 intumescunt. Alii sobrii sūt / casti et humiles: sed non cōpa-
 tiunt̄ afflictis. aut cōpatientes vel uerius cōpati se dicentes:
 sed pietatē in ope non ostendūt. sic intellige de aliis opibus
 virtuosis . p̄pter quod bene dicit ap̄ls in auctoritate p̄missa
 In omni tpe bonū fructificātes. Nota sicut mercator iudu-
 strius in diuersis venaliū rez generib⁹ mercationē suā exer-
 cet / ut in pluribus lucrādo: suas diuitias augmentet. Sic spi-
 ritualis mercator debet in oibus bonis opibus exerceri : ut
 in oib⁹ mereat. Nā q̄ in oī ope bono fructificat: in oī bono
 abundat. Ait enī sapiens p̄uer. xiiii. In omī ope bono erit
 abundantia. Sed quia in t̄palibus abundantes: ut plurimū
 solent carere spūalibus / uel minus p̄ ceteris abundare. Ideo
 dicit ap̄ls. i. thimo. vi. Diuitibus huius sēculi p̄cipe non sub
 lime sapere / nec sperare in incerto diuitiarū: sed in deo uiuo
 diuites fieri / in opibus bonis. Iste sūt vere diuitie que veraz
 sufficientiā tribuunt / et ineffabiliter aiām locupletant / nec ī
 casu necessitatis uel mortis eā deserūt: sed cū ea p̄manēt in
 eternū. Sicut dicit apoca. xiiii. Beati mortui qui in dño mo-
 riūt: opa enī illoz sequūt illos. Vnde bern. ait. Vere diui-
 tie / nō opes sūt: sed virtutes quas secū p̄scia portat: ut in p̄-
 petuū diues fiat. Sed ve filiis adam mundana cupiditate ce-
 catis / qui terrena sapiunt: spiritualia paruipendunt. tempo-
 rales diuitias totis viribus / et modis oīb⁹ / quibus possūt:
 aggregant. Spirituales vero p̄temnentes aut opari negligūt.

aut quod est longe deterius: opera nephanda ppetrant. Vnde nudi et rei de mūdo exeunt, nihil secū preter peccata portantes: et in egestatē perpetuā incidentes. Quia scriptū est. Egestatē operata est manus remissa, manus autē fortiū diuitias parat. Pēsa quantā penuriā sustinebat ille diues qui ardore gehenne ineffabiliter cruciatus: vnā guttā aque nō potuit impetrare. ¶ Parag. tertius. ¶ Tertio opari debemus ppter delectationē internā. Omne ei virtuosū opus: delectationē quādā habet anexā, et qui opaf illud: delectaf in eo. Sicut ecōtrario. Omne malū seqt remorsus p̄scie. Hec delectatio est q̄si quedā remuneratio: sed nō plena, uel poti⁹ q̄si qdā prelibatio remuneratiōis future. Quis ei plātat vineā et de fructu illius nō edit. ait ap̄ls. i. cor. ix. Nā sicut ait sapiēs puer. xii. Qui opaf terrā suā: satiabis panibus. Et. xiii. Aīa opatiū impinguabis. Et ipsa veritas ait math. x. Dignus est oparius cibo suo. Quis autē sit ille cibus: testaf ipse Io. iiii. Me⁹ cibus est ut faciā voluntatē eius qui misit me: ut p̄ficiā opus eius. Ad hūc cibum hortaf ipse Iohā. vi. dicens. Opamini nō cibū qui perit: sed q̄ pmanet invitā eternā. Nota q̄ dicit pmanet. q̄a hic inchoaf, ibi autē nō cessat sed pmanet in eternū. Hic valde tenuit p̄gustaf: ibi in sua plenitudine mīstraf. ¶ Parag. q̄rtus. ¶ Quarto opari debem⁹ ppter retributiōem eternā. Magnus ei p̄familias qlibet hora mittēs oparios i vineā suā, p̄uentiōe facta cū eis ex diurno denario. facto sero dixit pcuratori suo: voca oparios, et redde illis mercedē. p̄familias est deus pater. christus autē huius vinee pcurator, in sero. i. in vltima hora vite n̄re. vocat dñs oparios, nō ociosos, nō pigros, nō oparios iniquitatis: sed oparios veritatis. Merces q̄ reddif opariis: est denari⁹ diurnus. i. visio dei eterna: fm aug. Ad hanc mercedē adquirendā sapiēs hortaf ecclia. vlt. Opamini opus vestrū ante tp̄s, et dabit vobis mercedē in t̄pe suo. i. t̄pe opportuno. Et ipse dñs ait apoc. vlt. Ecce venio cito et merces mea mecū ē: reddere vniciq̄ fm opa sua. Ex his verbis intellige q̄ tp̄s nostrū est breuissimū, q̄d notaf cum dicit: venio cito, videlicet in sero mortis ad retribuendū. Qui cito se venturum asserit: breui t̄pe nos innuit

¶ Prima pars.

opari. Merces autē opis est eterna. sicut scriptū est eccl. xviii
Nō verearis usq; ad mortē iustificari: qm̄ merces dñi manet
in eternū. Itē opus nostrū est leuissimū. merces autē imensa.
et hoc insinuat cū dicit. Merces mea. i. quā me decet redde
re. ipsū autē dñm largitatis imense nō decet mercedē imensā
retribuere. qā ipsemet imensus et imensitas est ipsa merces.
Sicut ait abrahe. gen. xv. Noli timere: ego p̄tector tu' sū/et
merces tua magna nimis. licz autē hec merces in se simplr sit
imensa: tñ p̄porcionabilr reddi' vnicuiq; fm̄ suoz opoz q̄ti
tatē. ppt̄ qd̄ ait: reddere vnicuiq; iux̄ opa sua. Et hoc ē qd̄ dīc
ap̄ls. i. cor. iii. Vnusq; suā ppriā mercedē accipiet fm̄ su
um laborē.

¶ Sermo. iii.

Quī circa modū opandi sciendū est qd̄ debem⁹ inchoare celeri
ter sine dilatione. laborare fide'r ex dilectiōe. p̄tinuare
virilr sine defectiōe. p̄sumare hūiliter sine elatiōe. ¶ Parag.
.i. ¶ Debem⁹ ergo celerit inchoare ppt̄ t̄pis breuitatē. Bre
uissimū est ei om̄e t̄ps quoviuim⁹. sapie. ii. Exiguū et cū te
dio est t̄ps vite n̄re. Ideo excitat nos dñs ad celerit opandū
dicēs Io. ix. Opami dū dies est: uenit nox qm̄ nemo operari
pōt. Et ap̄ls gal. vi. dū t̄ps habemus opemur bonū. Non pōt
bonā dietā facere q̄ mane nō surgit. irridēd' essz q̄ tūcveni
ret ad op⁹ qm̄ t̄ps esset de ope exeūdi. tūc scīare qm̄ esset me
tendū. Ideo sap. eccl. ix. Qd̄cūq; pōt man⁹ tua instant opare:
qā nec op⁹ ad merendū / nec rō ad excusandū / nec sapia ad sa
pide p̄tēplandū / nec scīa ad euadendū: erūt. apud inferos quo
tu p̄peras. Nota q̄tū fatu⁹ hō esset magnū opus hñs agere / et
t̄ps breue: si nō festinaret: sed iaceret in lecto usq; ad uesperā
Nos autē op⁹ p̄maximū habem⁹ agere. Vñ glibz nostrz possz
illud dicere nec. vi. Opus grāde ego facio / nō possū descēde
re: ne forte negligat op⁹. Itē celerit inchoare debem⁹ ppt̄ se
curitatē. Aug. Si vita breuis fuerit: expedit utiq; qd̄ bona sit
Si autē vita fuerit lōga: meli⁹ ē qd̄ bona sit. Si multū haberes
de frumēto / vino uel oleo: uelles qd̄ totū esset bonū / et dolo
res si pars aliq; esset corrupta. aug. Qui te offendis: vita tua
quā solā uis malā h̄re: ut inter oīa bona tua tu sol⁹ sis malus

N

ingd pl
s uult
seruū
comitate
et v̄pe
Sicut ut
pern exte
Sed hō
exert hie
aut illi. E
aut uita.
p̄p̄at ar
ca dīfina
Vñ p̄p̄at
as magis
sui capiti
tur. Et
reg. ulp
pens eccl
pea inuē
p̄o aut
sēcentie
fructu
nere labo
Et omne
Equis qui
alter am
in virtut
scens iuxta
ea. Caus
ethyops
nec uos p
Desiderat
malam ha
mea morte

1
Prima pars.

nunquid plus diligis res tuas quam te. Talis iniquus est sibiipsum: dum plus vult se malum esse quam bonum, infirmum quam sanum, mortuum quam vivum. Servum quam liberum, nihil habentem quam bonorum omnium esse participem securitatem habendam, ait sapiens ecclesia xi. Mane semina semine tuum et vespe: ne cesset manus tua, quia nescis quid horum magis oriat. Si autem utrumque sit melius erit, dominus videns sagitarium, arcum tenentem extensum cum sagitta, non expectat ictum sagitte: sed euolat. Sed homo fatuus expectat ictum mortis, propter quod ait psalmista. Nisi converteris fueritis: gladium suum vibrant: arcum suum tetendit et paravit illum. Et in eo paravit uasa mortis. Ita cito morif vitulus sicut vacca, ita cito frangit vas novum sicut vetus, et citius amputat arbor juvenis quam antiqua: securius est malum passum vitare quam cum difficultate eum transire, quia sicut ait sapiens. Qui amat periculum: peribit in illo. Et securius est laqueos evadere: quam sese magis ac magis fortius irretire. Dicit autem sapiens puer, v. Iniquitates sue capiunt impium: et funibus peccatorum suorum constringitur. Et securius est in principio egritudinis medicinam querere: quam usque ad extremum vite terminum expectare. Ideo dicit sapiens ecclesia xviii. Ante languorem adhibe medicinam, lepra inueterata et gutta inossata: curari non possunt. De impio autem dicitur iob, xx. Ossa illius implebuntur vitis adulescentie sue. Item celeriter inchoare debemus: propter assuetudinem: ut in etate tenera caro dometur: ut discat sustinere labores. Equi/canes/vrsi: in iuventute docentur ludere. Et omne bestiarum genus domabile: in iuventute domatur. Equus qui diu consuevit trotare: nunquam postea doceri potest aliter ambulare. Sic et pueri in etate tenera docendi sunt et in virtutum operibus exercendi. Quia scriptum est. Adulescens iuxta viam suam, etiam cum senuerit: non recedet ab ea. Canis vetus non potest teneri in vinculo. Nunquam potest ethyops mutare pellem suam, aut pardus uarietates suas, sic nec vos poteritis benefacere: cum didiceritis male, hiere, xiii. Desiderant omnes et sperant bonum finem habere: cum totam vitam malam habuerint, dicentes cum balaam, Moriatur anima mea morte iustorum, sed ista duo non consonant. Ideo sem

Pars.

peffimo iudici dicit dan. xiii. Inueterate dieꝝ malorꝝ: nunc
venerūt peccata tua q̄ operabaris prius . Quāto diutius in
ferro fuerit rubigo: tanto vehemētius intendis / et semp ma
gis ac magis corrodit ferrū: et inde difficilius eradis. Et for
des diu derelicta in vase: difficilius amouēs. Sic q̄to diutius
fuerit quis malis moribus assuetus: tanto ab eis difficilius e
uellet. quia iniquitates sue capiūt impiū ut dictū est/ ac semp
per fortius detinent alligatū. Vnde augu. de seipso dicit in
li. p̄fessio. Tenebar nō alieno ferro: sed mea ferrea voluntate.
Quarto celeriter inchoare debemus: ppter meritoꝝ augmē
tum/et diuinā acceptance. Qm̄ qui citius incipit/ et diuti
us operat: plura merita aggregat. Et opera in iuuentute fa
cta: gratiora sunt deo. sicut fructus iuuenis plātule: dulcior
es. et fructus p̄mitiui t̄pis: cariores. Vñ michee. vii. ait dñs
Precoquas ficus: desiderauit aīa mea. Et in lege precepit si
bi offerri primogenitū omne/ et primitias frugū terre/ et oi
um fructuū. In signū ⁊ documētū q̄ hō de flore iuuetū suę:
debet offerre deo/ nō de fece senectutis. Stultus ei esset qui
dñm suū cibare vellet de pane corrupto et de fursure. et po
tare de fecibus vini sui. uel encennū ei facere de pomis cor
ruptis/ et aliis fructibus putrefactis. Ideo p̄querit dñs mala
chi. i. Si offeratis cecū ad imolandū: nōne malū est. Et si of
feratis claudū uel languidū: nōne malū est. Si quis p̄ totā vi
tam suā dñm suū nequiter impugnaverit: et postmodū p̄fe
ctus senio ei seruitiū offerret: dñs nō multū gratāter accipet
Debemus ergo offerre deo opera preclara et electa. quia scri
ptum est eccla. xviii. Om̄e opus corruptibile in fine deficiet
et qui illud operat: in illo peribit. Om̄e opus electū: iustifica
bit. et qui illud operat: honorabit in illo. Et sic patet p̄positū
videlz q̄ opus nostrū debemus inchoare celerit. ¶ **Parag.**
Scōo debemus laborare fideliter: laborat fideliter q̄
operat ex affectione amoris. Amor. n. facit meritoriū opus
apud deū. ppter q̄ dicit apls roma. viii. Diligētibus deum
oīa cooperant in bonū. oīa igit opera nostra in caritate fiāt
sicut hortat apls. i. cor. xiiii. ut in om̄ibus mereamur. A it
etiā gall. v. In christo iesu neq̄ circūcisio aliqd̄ ualet/ neq̄ p̄-

operat: sed f
fidei caritate
meritū. Nā
sine caritate
fidei: ita e
fidei: fides au
corpore
uouat op
Si dicitur
de corpore
meritū p̄dēt.
Amor de
it opus: amo
uero neq̄ li
meritū by ex
sicut arbor
mine. lapis
tas mericie
cit hoiem ca
op̄ plus plac
lo salubrit
opati estus.
umi. i. q̄ oīa
ne q̄cūq̄ fa
su xpi facite.
cui dño et no
bus: ut vide
lis est. Sic i
am: edificat
Cōsiderem
¶ **Parag.**
Nā opera
cte negligē
littera. Ma
et postāter lab
ū opus: et m

Prima pars.

puiciū: sed fides q̄ p̄ caritatē opaf. A ttēde q̄ pulchra societas
fidei/caritatis/et opis. Fides ei ē bonoꝝ oīm p̄mariū funda
mētū. Nā sine fide ip̄ossibile ē placere deo. heb. xi. fides autē
sine caritate nō valet. sic ait ap̄ls. i. cor. xiii. Si habuero oēm
fidē: ita vt om̄s mōtes trāsserā: caritatē autē nō habuero: nihil
sū. fides autem sine ope non valet. sicut docet Iaco. ii. Sicut
corp⁹ sine spū mortuū est: ita et fides sine opib⁹ mortua ē. Itē
nō valet opus/ nisi fiat ex caritate. sicut dicit ap̄ls. i. cor. xiii
Si distribuero in cibos paupū om̄s facultates meas /et si ēdi
dero corp⁹ meū: ita ut ardeā/ caritatē autē nō habuero: nihil
mibi p̄dest. Sifr nec caritas sufficit sine ope. sicut ait gregō.
Amor dei nūq̄ est ociosus. opaf ei magna siḡst. Si aut rēnu
it opari: amor nō est. Ideo dicit bt̄s Iohā. iii. Nō diligam⁹
verbo neq̄ lingua: sed ope et ueritate. Opatio ergo exterior
meritū h̄z ex int̄iori affectiōe. affectio uero p̄bas ex opatiōe
sicut arbor cognoscit̄ ex fructu. vita ex motu. semen ex ger
mine. lapis p̄ciosus/ nō ex colore: sed potius ex uirtute. et uir
tus medicie ex sanatiōe. qa uero caritas p̄mo et p̄ncipalr fa
cit hoiem carū deo/ et p̄ p̄seq̄ns facit op⁹ esse meritoriu. nec
op⁹ p̄us placere deo p̄t/ nisi p̄us placeat opatori: ideo bt̄s
Io. salubrit̄ exhortaf dicēs. Videte uosmetipsos nē pdatis q̄
opati estis. Itē fidelr laborat q̄ opaf ex intentiōe honoꝝ di
uini. i. q̄ oīa facit p̄pter honore dei: sicut dicit ap̄ls col. iii. Om
ne q̄dcūq̄ facitis/ in uerbo/ aut in ope: oīa in noīe dñi n̄ri ier
su xpi facite. Et infra. Om̄e q̄dcūq̄ facitis: ex aīo opamini: si
cut dño et nō hoībus. Et math. v. Sic luceat lux v̄ra corā hōi
bus: ut uideāt opav̄ra bona/ et gl̄ificent p̄rem v̄r̄m qui in ce
lis est. Sic igit̄ p̄z q̄ opari debemus p̄pt̄ dei gl̄iam/ salutē p̄p
am: edificatiōē/ et exemplū p̄xior̄. Ideo dicit ap̄ls heb. x.
Cōsiderem⁹ inuicē puocatiōē caritatis et bonorū operum.
¶ Parag. tertius ¶ Tertio debem⁹ opa n̄ra p̄tinuare uirilr.
Nā operarius in uinea nō meret̄ in sero mercedē accipe/ si fi
cte negligenter et pigre operet̄. Dicit̄ enī hiere. xiiii. f̄m unā
litterā. Maledictus qui facit opus dñi negligēt̄. Viriliter
et p̄stāter laborāt oparii q̄n cogitat̄ q̄ cito erit hora dimitte
di opus: et magnā recipiendi mercedē. Nā p̄sideratio merce

simile

26

¶ Prima pars.

dis minuit vim laboris. Ideo dicit apłs. i. cor. xi. Frēs mei stabiles estote et immobiles in oī bono ope. sp̄ sciētes quia labor uester nō est inanis in dño. Attēde q̄ pl̄ diligit p̄famias opariū q̄ tarde ueniēs ad op̄ virilr̄ operaf: q̄ illū q̄ cito ueniēs remissi^o operaf. Sicut et dux exercit^o plus diligit militē qui fugit in p̄ncipio: sed postmodū rediēs instāter pugnat et strēnue: q̄ illū q̄ nūq̄ fugit nec vnq̄ strēnuū militis op̄ egit. Nā sicut ait dñs luce. xv. Maius gaudiū est in celo sup vno pctōre p̄niam agēte: q̄ sup nonaginta nouē iustis q̄ non indigent p̄nia. Timeāt sibi negligēter agētes et tepide. ne de ore dñi uelud abhoiābiles euomant. quia scriptū est apocal. iii. Quia tepid^o es incipiā te euomere de ore meo. ¶ Para. iiii. ¶ Quarto debem^o opera n̄ra p̄sumare hūiliter. sane hūilit^{er} operari/ et de operib^o n̄ris hūiliter sentire debem^o. quia plura mala facim^o q̄ bona. et qa si q̄ bona facim^o tante in deuotioni p̄mixta sūt: q̄ nō multū possum^o gliari. Ideo p̄s. Impfectū meū viderūt oculi tui. Et isa. lxiiii. q̄si pannus mēstruate om̄s iustitie v̄re. Et quia bona q̄ agim^o nō a nobis quasi ex nobis sunt: sed a deo. sicut ait isa. xxvi. Oia opera n̄ra operatus est dñs in nobis. Et apłs phi. i. Deus est qui operaf in nobis et uelle et p̄ficere. Et ipsa ueritas ait Ioh. xv. Sine me nihil potestis facere. ergo qa a deo sūt opera n̄ra/ nec nō et ipsa uolūtas operādī/ et scōm grām nobis datā et frequēter nobis oblatā a deo negligēter/ et nō satis fidelr̄ operamur. ideo nō nobis: sed deo debem^o gliam attribuere. Ceterū plerūq̄ putamus bonū opus esse/ q̄ malū est. uel maius esse q̄ sit/ et meritoriū esse q̄ non est. uel maioris esse meriti apud deū. Ideo in singlis opibus n̄ris si diligēt^{er} s̄nderem^o/ nō gliari: sed potius formidare debem^o. pp̄t qd̄ dicebat iob. Verebar oīa opa mea: sciēs q̄ nō parceres delinq̄nti. Et sapi. ait eccl. x. Noli extollere te in faciēdo opera tua. Bt̄us quoq̄ petrus amonet dicēs. Cū metu et tremore salutē vrām operamini. debem^o autē opa n̄ra p̄sumare/ et usq̄ ad finē p̄ducere. uideamus enī q̄ oīs artifex cū opus aliqd̄ sue artis inceptit/ nō celsat donec illud ad cōplementū p̄duxerit. sicut ondit sapiēs ī multis exēplis. dicens ecclā. xxxviii. Oīs faber et architect^o

labor

¶
paria

humilitas

Prima pars.

qui noctē tanq̄ diē transfigit zc. cor suuz dabit in similitudinē picture. et vigilia sua pficiet opus. Sic faber ferrarius sedēs iuxta incudē et p̄siderās opus ferri: cor suū dabit in p̄sumationē operū; et vigilia ornabit in p̄fectionē. Sic figul⁹ sedens ad op⁹ suū q̄ in sollicitudine posit⁹ est sup op⁹ suū et innumera et oīs operatio ei⁹. Eodē mō pōt induci in oībus aliis. Et sic ait dñs math. xxiiii. Nō q̄ bñ ceperit: sed q̄ pseuerauerit usq̄ in finē hic saluus erit. Sine pseueratiā nāq̄ nec opus meritū hz. nec labor p̄mīū. nec cursus brauiū. nec fuitiū grām. nec pena q̄tūlibet afflictīua: coronā. sicut p3 in legēda. xl. martyrum de illo qui cucurrit ad balneū. et ibi deficiēs coronā p̄didit p̄paratā. Perseuerem⁹ ergo in bono ope qđ incepimus exēplo dñi de quo d̄r deut. xxxii. dei p̄fecta sūt opera. et de seipso dicit Io. xvii. Opus p̄sumauī qđ dedisti mihi: ut facerē. Et tūc sequit̄. Et ego ad te uenio. Ecce ergo dei fili⁹ nō p̄uenit ad p̄rēm; nisi n̄re salutis ope p̄sumato. In quo luce nobis clarius oñdīf q̄ nos multo minus ad p̄rēm gr̄ie puenire poterim⁹; nisi in bonis op̄ibus pseuerantiā teneam⁹. Vñ iudeis p̄fidis descensū de cruce christo suadetib⁹ dū opabaf salutē in medio terre: nullaten⁹ acceuit: ne n̄re salutis opus relinqueret imp̄fectū. dolebat sane uenenoſi serpentis astutia. exaltatū in deserto serpentē eneū cui⁹ intuitu aiāz n̄rārum vulnera sanabant. Eo quippe tēdebat maliciosa p̄suasio; nō ut p̄fidi iudei crederēt dicētes. Si rex isrl̄ est: descēdat nunc de cruce; et credim⁹ ei: sed n̄ra quoq̄ siq̄ esset in eū fides modis oībus deperiret. legētes enī dei p̄fecta sūt opera: quō illū fateremur esse deū q̄ n̄re salutis opus reliquisset imp̄fectū. Nos quoq̄ si sequi volum⁹ caput nostrū: nō cessem⁹ agere penitentīā; nō cessem⁹ tollere crucē nostrā: pseuerantes in ea sicut ipse perseuerauit; fiducia hātes in dño. et q̄ cū ceperit in nobis opus bonū perficiet. sicut ait ap̄ls petr⁹: i. pe. v. Deus aut̄ oīs gr̄e qui uocauit nos meternā gl̄am suā i christo iesu modicū passos ipse perficiet. p̄firmabit. solidabitq̄: ipsi gl̄ia imperiū in secula seculoz. Amen.

perseuerantiā

na

Explicit prima pars hui⁹ libri. Incipit sc̄da.

b.ii.